

1441. initijs. Januarij. ~

Ex Orig: Arch: p. 319.

Laurentij Laveuba super vendi:  
tionem advocacie in oppido Grabow  
pro 30. Mar: Andrea De Grabow.

319.

76


In Mennine Domini Amen. Quoniam  
humana memoria eternitatis non com:  
mensuratur, expedit itaque, ut ea que  
firmiter in humanis negotijs ad robur  
perpetue firmitatis sigillorum mani:  
vine, testinque veridicorum attestatio:  
ne perducantur. Nos itaque Lauren:  
tius Laveuba De Calinowa castellanus  
Syradiensis et capitaneus Velunensis.

Significamus tenore presentium univer:  
sis quibus expedit. Quod ad nostram alio:  
rumque fidedignorum infrascriptorum  
venientes presentiam, nobilis Laveu:  
ba tunc advocatus oppidi Grabow una:  
cum Dorothea uxore sua legitima non  
compulsus non coactus, nec aliquo simi:  
stro seductus, quinimo usus amicorum  
suorum consilio, et matura delibera:  
tione prehabita, totam advocatiam  
sitam ibidem in Grabow, quam jure he:  
reditario possedit pro triginta maris  
mediorum grossorum minus una marca  
moneta et numeri Polonialis consue:  
tis, quadraginta octo grosses marcaum  
in quantumlibet computando, cum omni

jure



jure et dominio prout solus cum suis  
posteris habuit, et tenuit, nihil juris  
aut domini pro se aut suis posteris  
penitus reservando, videlicet unum  
mansum agri cum pratis et omnibus  
alijs pertinentijs, prout ad alios mansos  
in predicto oppido spectare dinoscitur,  
et sex macella, videlicet duo panum  
duo suturum et duo carnicum, pro:  
viro Andrea civi oppidi ejusdem sepefatis  
suisque legitimis successoribus tempore  
perpetuo vendidit, et coram nobis more  
solito in arum resignavit per eundem  
Andream prelibatum et suos posteros  
libere et quiete possidendum, utifruendum,  
vendendum commutandum, donandum, alie:  
nandum, et ad usus beneplacitos conver:  
tendum, prout sibi et suis posteris me:  
lius et utilius videbitur expedire eidem  
advocato Andrea prefatis, vel qui pro tempo:  
re fuerint, causas dicti oppidi et ejus  
oppidanorum, que pertinent ad jus  
Theutonicum dempto omnicidio, concedimus  
et damus omnimodam facultatem judican:  
di, De quibus vero judicijs et causis, idem  
Advocatus sepefatus cum suis posteris  
De panis tertium Denarium obtinebit  
Qui quidem Advocatus, vel qui pro tempo:  
re fuerint ad expeditiones bellorum publi:  
cas, equum pro duobus maris cum famulo  
nobis



nobis, vel nostris legitimis successoribus  
 debet et tenetur dare, quem post expeditio-  
 nem bellicam, si vivus remanserit, vi-  
 versa obtinebit. Tenebitur etiam ipse  
 Advocatus predictus, vel qui pro tempore  
 fuerint pro oppidanis predicti oppidi  
 pro ipsorum iniurijs ubi necesse fuerit  
 comitari, ipsos ab iniurijs ipsorum defen-  
 dendo, etiam nobiscum vel nostris legit-  
 timis successoribus, idem advocatus cum  
 suis posteris tempore necessitatis  
 injurias nostras ad defendendum  
 cum armis debet et tenebit equitare.  
 Ceterum idem Advocatus, vel qui pro  
 tempore fuerint in nullo alio jure  
 nisi Theutonico debet et habebit  
 respondere. In cujus rei testimonium  
 sigillum nostrum presentibus est appen-  
 sum. Actum et datum in Grabow  
 feria quarta infra octavas circum-  
 visionis Domini. Anno ejusdem millesi-  
 mo quadringentesimo quadragesimo pri-  
 mo, presentibus ibidem nobilibus ac  
 honestis viris, Abrahamo De Psari  
 Martino Starynsky Archamboldo De Osajek  
 Andrea De Sawyno heredibus. Petro  
 et Stanislao Drosdek ejusdem oppidi  
 civibus, et alijs fidedignis quampluribus  
 ad

ad praeiussa vocatis, specialiter et  
rogatis.

Ta Kopia przepisana z Originatu  
pargaminowego amnihirowanego  
Dnia Dwudziestego pierwszego wie:  
sica Lutego, Roku Pańskiego 1785.  
u Ktorego Dotu wisi na Zawiasce par:  
gaminowej pieczęć.